

rat, an, & quando Iudex laicus suspendere debeat & ipsum ad Iudicem Ecclesiasticum mittere, vide per Capol. conf. crim. 10. & 11. omnino per sac. Concil. Trid. Sess. 23. c. 6. nullus. G. arb.

Et hoc est communis opinio. Farin. ubi sup. n. 90. Ross.

Dixi clericum coniugatum. Adde videndum Foller. in pract. crimin. in verb. audiantur excusatores n. 42. cum seq. ubi late, quando clericus dicitur incedere in habitu, & tonsuras, & quando non, & ibi dicitur etiam, quod Iudex debet describere facere particularem, cum quo habitu fuit captus, quia non statim eius dicto, quod incederet in habitu. Baiard.

Non incedant. Tu adde, quod immo hodie incedere debent, & clericali tonsura vi. Item, & alicuius Ecclesie servitio, vel ministerio ab Episcopo deputatae servitio, ut habetur in d. s. in clericis, abas non gaudent. Giach. Sed quero. Farinac. ubi sup. n. 69. Ross.

Ad Iudicem Ecclesiasticum. Et hoc habetur etiam per lac. de S. Geor. in l. quoties quat. C. de iudic. n. 7. Giach.

Regulariter autem. Adde, quod idem tenet Socin. sen. cont. 122. nu. 3. vol. 1. Baiard.

An sit clericalis, vel non. Adde infra hac eadem q. vers. Regula autem, faciunt, quae dixi supra. q. 30. vers. punctus, recurre ad Felyn. in c. super litteris coll. m. l. i. vers. An sua, extr. de rescript. ver. octavo fecit. Drogh.

Hac cognitio. Farin. d. q. n. 34. Ross.

Sed hic quero. Adde videndum Angel. domini Alex. de Vbaldis in conf. 30. n. 37. & per totum consilium, ubi late de clerico coniugato, inter conf. c. dicitur t. 2. Baiard.

In fraudem. Idem de eo qui post delictum, vel ante sententiam, effectus sit clericus, nam non potest condemnari per Iudicem laicum, sed per ecclesiasticum debet puniri;

Et hoc est communis opinio. Et dicit Bertrand. conf. 13. nu. 5. libr. 8. Et quod clericus coniugatus debeat abstinere a negociationibus, a quibus alij clerici non coniugati tenentur abstinere, alias privilegium fori amittat, tenuit Innoc. in cap. fin. de vit. & honest. cler. & ita firmant communiter Doctores, ut dicit Alex. de Nevo. conf. 60. nu. 4. Quae autem negociationes sint clericis interdictae, dixi supra lib. 2. s. Clericus.

Dixi clericum coniugatum gaudere privilegio fori, dum modo incedat in habitu, & tonsura clericali, licet hodie (secundum aliquos) de consuetudine clerici coniugati, non incedant in vestibus, & tonsura clericali, ut fatetur esse generalem consuetudinem Fulgos. conf. 123. numero 1. Sed quero, quis dicatur in hoc proposito habitus clericalis. Respond. Omnes concilium videntur, quod non sit a sacris canonibus determinatus clericis alicuius habitus ab alijs distinctus, & ideo quod sit attendenda consuetudo regionis. Propterea ad iudicandum, an aliquis incedat in habitu, & tonsura clericali, videndum est, an ille, qui in aliquo habitu incedit, prima facie, si videatur in populo, iudicabitur clericus, an autem laicus. Et certe vera est haec conclusio, si affirmatiue intelligatur, scilicet, quod sacri Canones non constituunt specialiter clericis certum habitum, sed negatiue non est vera; nam multi habitus sunt per sacros Canones prohibiti a clericis deferri, ut videri potest in locis praedictis per Foller. in pract. crim. fol. 64. num. 42. & sequ. Quid ergo si clericus deferat biretum, seu capitulum bipartitum, seu virgatum, aut duorum colorum? Certum non diceretur incedere in habitu clericali, & ita fuit iudicatum per curiam Tholosam teste Aufser. dec. 227. idemque si deferat colletum sic virgatum, ut eadem curia iudicavit, dec. 232. Et refert pract. Millei folio 73. num. 8. quod quidam clericus con-

ingatus, eo quod habebat caligas bipartitas, Tholosae reputatus fuit laicus, & pro crimine tanquam laicus fuit laqueo suspensus, & nota in hoc proposito, quod quamvis secundum opin. magis communem cognitio, an aliquis sit clericus, vel ne, pertineat ad Iudicem ecclesiasticum, de quo videnda sunt ea, quae dixi infra. regulariter autem: nihilominus si dubitetur super habitu, an sit clericalis, vel non, hac cognitio spectat ad Iudicem laicum, non autem ad ecclesiasticum. Et ita decisum fuit in facti contingencia in parlamento Delph. ut refert Guido Pap. dec. 138. & conf. 110. nu. 2. ubi pariter in facti ita consuluit.

Sed hic quero, quid si clericus coniugatus, qui ante tempus commissi criminis non incedebat in habitu, & tonsura, reassumpserit habitum, & tonsuram, & incontinenti aliquod crimen commiserit, nunquid gaudebit privilegio fori? Respon. Io. Andr. in cap. Ioannes, in 4. q. de cler. coniug. tenuit, quod sic, referens, ita fuisse Paduae determinatum, licet communiter Doctoribus (ut ipse ait) non placuerit, & illum sequuntur communiter Scribentes, ut dicit Alex. de Nevo. conf. 8. post num. 4. libr. 1. & conf. 149. nu. 7. libr. 6. quem refert Marfil. sing. 480. apud Doctores. Hanc etiam dicit esse communem opin. Didac. in d. quaest. pract. 31. post nu. 7. vers. Quin potissimum, secundum quam in facti contingencia consuluit Christophor. de Castil. conf. 5. Quod tamen ego intelligo, ut procedat, nisi talis clericus habitum, & tonsuram reassumpserit in fraudem, ut etiam dixi infra statim, vers. sed quid si clericus.

Sed quid si clericus coniugatus, solitus aliquando deferre tonsuram, fuerit condemnatus tempore, quo non habebat tonsuram, pro aliquo delicto per eum commissio, nunquid si reassumat tonsuram, & deinde captus sit a Iudice seculari, poterit ab eo puniri? Respond. quod non, sed est remittendus ad Iudicem ecclesiasticum. Et ita fuit decisum per curiam Tholosam teste Aufser. dec. 104. Hoc tamen locum non haberet, ubi apparet, quod ipse clericus reassumpserit habitum, & tonsuram in fraudem, ut pariter in facti fuit iudicatum per eandem curiam Tholosanam, ut refert Aufser. dec. 144. ubi dicit, quod ita tenent communiter Legistae, & dec. 147.

Quero nunc, quid si clericus non deferat tonsuram, quia non habet capillos? Respond. quod excusatur, & ita conclusum fuit in curia Tholos. ut per Aufser. dec. 256. Nam ad impossibile nemo tenetur. Quod nota pro clericis, quibus morbo Gallico implicitis aliquando solent capilli cadere.

nisi factus sit clericus in fraudem, ut habetur plene per Carrer. pract. crim. s. homicid. l. vitimo, sub num. 92. quem vi. pro limitat. qui etiam numer. sequi tractat illam quaestionem. An, & quando clericus prime tonsura possit puniri per Iudicem laicum, si non incedat in habitu, & tonsura, quod est hodie expeditum per Sacrum Concilium Tridentinum. 23. sub decreto de reforma. d. capit. nullus. Giach.

Vers. Sed quid si clericus. Et quid in ordine suscepto post delictum Didac. quaest. 8. numero 4. vsque ad finem, & in vers. itape num. 10. & seq. Rossi.

Sed quid si clericus. Adde, quod similiter, si quis deliquerit, & post delictum ante sententiam effectus sit clericus, non poterit puniri per Iudicem laicum, nisi factus sit clericus in fraudem, ita Carrer. in s. homicidium l. vitimo sub numero 90. Baiard.

Morbo Gallico implicitus. Adde quod motus gallicus clericis est familiaris. Item si punirentur de adulterio, pauci

ci ambularent per vias, supra in s. adulterium, vers. sed quero; Alia clericorum per propria crimina, vide infra q. 64. vers. sed an clerici. Drogh.

Hac autem. Cartar. de execut. sent. c. fin. num. 205. Farin. sup. num. 60. Ross.

Ceterum clericus. Hodie habemus Concil. Trident. sess. 23. c. 2. nullus prima tonsura initiatus. Ross. Bene verum est. Et quando prima monitio requiratur ibi, nu. 61. Rossi.

Ter monitus a suo praelato. Adde de ista trina monitione supra q. 31. vers. quero modo infra quaest. 44. vers. item quero, & vers. quid si facta, q. 18. vers. hoc facta. At quo ad questionem hic notatam, videlicet de privilegio fori in clericis, ut puniri possint a laicis, vel non data est forma à Concil. Trident. sess. 23. cap. 6. quae servatur, ut per Octavian. Vulpellum consiliorum criminalium, consilio 110. in fin. Drogh.

Neglebis monitionibus. Adde, quibus paucis plebantur clerici, qui habitum clericalem spernunt, & an eis liceat comam, & barbam nutrire, explicatum vide per Iacobum Menoch. de arbitra. iudic. lib. 2. centur. 4. cas. 392. Giach.

In Regno autem Neapolitano. Vulpell. respon. 110. ubi Concilium Tridentinum citat, & vide quoque Chartar. loco supra citato, c. 1. nu. 203. & Franciscum de Ponte, consil. 24. Ross.

Incedat armatus. Farinac. ubi supra, num. 96. Ross.

Sed quid. Farin. ubi sup. num. 62. Ross.

Talis enim monitio. Infra q. 44. vers. Item quero, sup. q. 31. sed hic quero. Drogh.

Comperto, quod si clericus. Adde, quod tamen cognitio habitus clericalis spectat ad Iudicem laicum, sit autem, vel non sit clericus, spectat ad Iudicem ecclesiasticum; supra hac eadem quaest. Dixi clericum in fin. Adde Alciat. tracta. de praesumpt. reg. 2. presump. 4. n. 3. ad fi. Qualiter autem quis probabitur clericus, vi-

18 Vnum etiam scias, quod clericus coniugatus, qui vincam tantum, & virginem uxorem duxit, ea mortua recuperat omnia privilegia, quae competunt clericis non coniugatis. Ita dicit Abb. in c. clericus, il. 2. num. 4. de vita, & honest. clericorum, cuius operaeferunt unanimi sententia probant omnes, ut attestatur Dida. in d. pract. quaest. 31. post num. 7. vers. 5. potissimum in fin.

Hac autem, quae de clerico non deferente habitum, & tonsuram dicta sunt, intelligi debent, ut procedant in eo, qui est coniugatus. Ceterum clericus non coniugatus licet non incedat in habitu, & tonsura, gaudent privilegio fori, nec possunt a Iudice laico puniri, cap. si Iudex laicus, de sent. excomm. in sexto. Bene verum est, quod si talis clericus fuerit ter monitus a suo praelato, & deferat habitum, & tonsuram, & ipse negligens monitionibus adhuc incedat sine habitu, & tonsura, tunc in omnibus reputatur pro laico. Et haec est differentia in hoc proposito inter clericum coniugatum, & non coniugatum: nam clericus coniugatus, eo ipso, quod non deferat habitum, & tonsuram absque alia monitione amittit privilegium fori, & hoc omnes faciunt, ut ait Didac. pract. quaest. 32. post numerum 1. Clericus autem non coniugatus non amittit privilegium, nisi post monitionem, & haec est communis opinio. ut ait Didac. in d. quaest. 32. numer. 1. Et ita videtur communiter practicari, ut dicit Imola in c. fin. post num. 7. vers. adverte tamen, de vita, & honest. clericorum. Sed certe Alex. de Nevo. consil. 59. numero 4. dicit verum non esse, quod ita servatur: nam clericus, qui non sunt in sacris, neque habent beneficia, si non incedunt in habitu, & tonsura, puniuntur indistincte per Iudices seculares, etiam si a suo praelato moniti non fuerint. Et ita rescriptum Senatus praetori Bobij, & vicario episcopi

pali eiusdem civitatis, qui contra huiusmodi observantiam quandam inhibitionem fecerat ipsi praetori, quam postea reuocavit, 7. August. 1562. P. N. In regno autem Neapol. servatur, quod clerici etiam in minoribus constituti, & habentes etiam solummodo primam tonsuram, gaudent privilegio fori, etiam si non incedant in habitu clericali, ut pluries decisum fuisse in sacro consilio refert Grammat. voto 33. in fin. & super const. Reg. fol. 3. col. 4. post n. 4. ubi tamen subdit, quod post promulgatam quandam constitutionem Papae Clementis & deinde Papae Pauli, aliter fuit observatum contra clericos non beneficiatos, neque in sacris constitutos. Quinimmo Alexan. in consil. praedicta allegato, nu. 6. in fin. tenuit, quod quantum ad amissionem privilegij clericalis circo forum, nulla sit differentia inter clericos in minoribus, & clericos in sacris constitutos, & allegat plures id tenentes, subdens, quod hanc opinio. quod clericus se gerens pro laico, deprehensus in crimine possit puniri per Iudicem laicum, communiter videntur tenere Doctores, forte moti hac ratione, quia his temporibus praedicti reddunt se valde difficiles in huiusmodi monitionibus faciendis, ut etiam dicit Afflictus super prima parte Constitutionum Regni, rubr. 3. post num. 20. & ne eorum iurisdicatio restringatur, potius tolerant vitia clericorum eis subditorum. Quod an bene factum sit Deus, ipse iudicet. Ceterum clericus beneficiatus, licet incidat armatus, ut miles, non potest a Iudice laico puniri, & ita declaravit Senatus in causa cuiusdam Ludovici Scribani, 21. Maij 1554. P. N.

Sed quid si facta sit mentio generalis in Synodo, nunquid illa unica sufficit, pro trina monitione? Respond. quod sic, modo fiat expresse sub poena privationis privilegij clericatus. Ita tenuit Hostiensis in cap. 1. ne clerici, vel monachi, & est communis opinio. ut dicit Alex. de Nevo. conf. 60. num. 14. Talis enim monitio in Synodo facta, habet vim constitutionis, in qua regulariter una sufficit monitio, neque plures requiruntur.

Regulariter etiam si clericus captus sit per Iudicem secularem, debet remanere penes eum, donec fuerit cognitum per Iudicem Ecclesiasticum de clericali: & comperto, quod sit clericus, debet remitti ad eundem Iudicem suum Ecclesiasticum. Et ita servari attestatur Afflictus in d. rubr. post num. 19. Haec enim probatio, & cognitio, an aliquis sit clericus, siue Ecclesiasticus iurisdictionis, debet fieri coram

de Baldum in procem. numero 40. in cognitione tamen habitus, vel clericatus aduertat Iudex laicus, ut statuat penenti remissionem ad ecclesiasticum, terminum ad producendum coram eo capitula, quae intendit probare coram ecclesiastico, ut videat, an reueant, & ita nunquam erabit, in dubio tamen; ita docuit Capyc. dec. 7. nu. 3. ad fin. Marfil. sing. 70. Casus autem, in quibus clericus a laico detineri potest, vide apud Menoch. d. tract. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 2. cas. 70. num. 18. Et an expensis Episcopi repetentis clericum, vel clericus capti sit remittendus, Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. Cent. 3. nu. 23. in fin. Capyc. dec. 109. ad finem, & an clericus coram laico constitutus, & interrogatus testare possit, ne respodeat, quod non. Flam. Chartar. in practica. interrog. reorum, libro primo, cap. 2. sub numero 13. & an clericus bannitus a Iudice laico captus non degradatus puniri possit; idem Chartar. de execut. sent. capitulo primo, numero 284. & an clericus debitor & de fuga suspectus a laico detineri possit, Marfil. sing. 43. Drogh.

Hac enim probatio. Vincentius de Franch. dec. 37. Farinac. ubi supra, numero trigesimo sexto. Ross.



In hoc tamen ducatur. Adde, ita obseruatur in Regno Neapolit. per ritum 253. & ibi Caraita plenè docet practica Regni circa huiusmodi cognitionem, & remissionem, & quando clericus sit remittendus cum seruientibus, & cum cathena, & ibi nu. 9. in fin. dicit, quod clericis facienda est remissio per Iudices seculares, quoscunque per informationem apparet de delicto pro quo inquiritur, alias si constaret iniuste detineri, nunquam Iudici ecclesiastico esset remittendus, sed per eundem Iudicem relaxandus, & ibi nu. 20. habetur, & an iufficiat producere bullas alicuius beneficii, vel requiratur bulla clericatus ad probandum clericatum, & quomodo probetur clericatus, & in ritu 275. nu. 18. vbi dicit, quod probatur etiam per 20 testes, & vide infra numero 22.

Item adde, quod clericus petente se remitti ad suum Iudicem, ipsius clerici expensis remitti debet, Bald. & post eum Card. Alexand. in c. 1. §. si iudex, de pace tenen. in vlt. seu. dec. 100. & 274. Menoch. de arb. casu 228. nu. 8. & seq. & Foller. in pract. crimin. canon. in verbo, miscellanea quadam, nu. 50. fol. 330.

Item adde, quod clericus probatur etiam per testes, cap. tua, de cler. pereg. ordin. not. per glof. in cap. si iudex, cons. crimin. 11. Et licet Guid. Pap. contrarium teneat in decisione 449. num. 13. Scagl. in rit. 65. dicit pluries iudicatum fuisse contra d. decisionem, imò sacerdotium probatur etiam per testes singulares, secundum Angel. in l. 2. ff. quemadmodum testam. aperi. in §. idè imò per vnum testem probatur clericatus, secundum Iaf. in l. admonendi, num. 198. ff. de iure iurand. & etiam per iudicia, & coniecturas, vt per Boer. dec. 171. num. 25. quæ tamen procedunt, quotiescunque de alterius præiudicio non ageretur; secus verò si ratione clericatus esset lis inducta, vel etiam si tractaretur de iurisdictione iudicis ratione clericatus;

iudice ecclesiastico, non autem coram iudice seculari. Et ita tenent communiter DD. vt dicit Ripa in c. decernimus, post num. 4. vers. sed coram quo, de iud. Hanc etiã opin. dicit esse communem Didac. in pract. quæst. 33. num. 1. vbi etiam attestatur ita seruari in Hispania. In hoc tamen Ducatu aliter seruatur; nam clericus, contra quem procedat iudex secularis pro aliquo delicto, exhibet coram iudice seculari iura sua, & instrumenta, & eis visis, iudex secularis illum remittit ad suum iudicem ecclesiasticum, vbi sit in casu remissionis. Et ita seruari debere rescripsit Senatus Prætori Laudæ in causa cuiusdam Bartholomæi de Basilica Petri, qui faciebat se clericum beneficiatum 5. Nouembris 1556. P. N. Illi tamen qui non sunt constituti in sacris ordinibus neque deferunt habitum, & tonsuram, vltra clericatum tenentur exhibere titulum beneficii, & probare, quod sint etiam in quasi possessione ipsius beneficii; alias non remittuntur ad iudices ecclesiasticos, vt supra dixi. Ceterum si sit controversia non super clericatu, sed super habitu, vel tonsura, iudex laicus proculdubio est super eo iudex competens, vt dixi supra vers. dixi clericum, circa ff. Debet autem iudex ecclesiasticus statim, quod ei innotescit clericum sibi subditum à iudice seculari detineri, illum repetere: alias posset tanquam negligens ab administratione deponi, & forte etiam criminaliter puniri, prout in facti contingentia consuluit Chassan. cons. 38.

Quæro, modo, quid si clericus, qui non deserit habitum, & tonsuram, immisceat se enormitatibus, nunquid etiã si à prælato suo non fuerit terminatus, amittat privilegium fori, ita vt possit à iudice laico puniri? Respond. Hæc est ardua quæstio, in qua Doctores multum variè loquuntur; & tota pendere videtur ab intellectu text. in cap. perpendimus, de senten. excommuni-

Ex quo secundum Doctores magis communiter colligitur videtur, quod sacerdos, qui dimisso habitu, & tonsura immisceat se enormitatibus, amittat privilegium fori, ita vt possit à iudice seculari puniri. Et plures opin. recenset Capic. decisio. 161. in causa Crisconi, licet non dicat quid in illo casu fuerit iudicatum. In hoc igitur articulo dicunt, quod clericus, qui dimisso habitu, & tonsura immisceat se enormitatibus, non propterea amittit privilegium fori, nisi prius etiam fuerit à suo episcopo, vel prælato admonitus triana monitione, vt à predictis desistat, & habitum reassumat. Et hanc dicit esse communem opin. Rolan. consilio 4. numero 31. libro 1. referens id attestari Alexand. in consilio 8. libro 1. de quo infra mentionem faciam. Viuius, qui alios refert (vt ipse ait) idem attestantes in libro communium op. in verbo, Clerici à potestate, Menchiaca libr. 3. de testibus, §. 22. numer. 63. Et dicit etiam Alber. in 2. parte statut. q. 42. se vidisse communiter seruari, quod exigatur monitio, & si post monitionem se non correxerint, perdant tunc privilegium clericale, & subiaceant iudici seculari: quem refert, & idem attestatur Capol. consil. crim. 11. vers. sic. quintum etiam requiritur. Alij, vt Car. in d. c. perpendimus, faciunt differentiationem, an talis clericus immisceat se enormitatibus interficiatur ab aliquo priuato, an autem à iudice: & dicunt, quod priuatus potest illum interficere absq; eo quod incurrat excommunicationem, ex quo propter delictum est ipso iure priuatus privilegio cap. si quis suaden te diabolo, 17. quæstione. 1. de quo privilegio dixi infra quæstio. 77. vers. percutiens clericum, & alijs seq. Secus autem in iudice, quia (secundum eos) cum puniendo talem clericum iudex violat immunitatem fori Ecclesiastici, non effugit pœnam excommunicationis: & dicit Card. quod illud capit. per-

tunc per dups testes probari debet, Gabr. com. conclus. ut. de test. cocl. 1. nu. 70. & quomodo probetur clericatus, & an per vnum testem, vide Matcardu de probat. lib. 1. conclus. 302. cum sequen. & Viu. opin. 974. nu. 2. cum sequen. vbi tenet, quod per testes probari non possit prima tonsura, & clericatus, nisi allegaret scripturas, & litteras deperditas esse, & ibi dicit, quod licet clericatus, & tonsura probari possint litteris facientibus mentionem de ipsa ordinatione clericali, hoc tamen non procederet in bulla, ac litteris Pontificis, in qua nominet aliquem clericum propter collationem beneficii ei factam, & coram quo Iudice scilicet seculari, siue Ecclesiastico, sit probanda tonsura, & habitus clericalis, vide Matcard. de probation. concl. 689. num. 2.

Item adde, quod tonsura collata à non suo Prælato, tenet Guid. Pap. dec. 449. num. 3. Baiard. x. Illi tamen. Far. d. q. 8. num. 70. Ros. y Debet autem Iudex.]

Adde, quod hoc procedit etiam, quod clericus sit, alias iudex ecclesiasticus teneretur ad pœnam qua iudex secularis teneretur, si clericum morti fecisset, & etiam teneretur de damno dato per iudicem secularem, vt per eundem Burgund. fol. 202. nu. 73. Baiard.

Quæro modo. Farin. vbi supr. num. 73. & seqq. Francisc. de Pont. d. consil. 24. vbi quid in similib. efficiatur. Ross.

Trina monitione.] Supra hac eadem q. vers. Hæc autem, q. 31. vers. quæro modo, q. 44. vers. Item quæro, vbi habetur, quod si statutum dicat aliquem citari debere, tunc non sufficit vnica citatio tantum pro omnibus. Adde Marfil. congruè loquentem in casu talis statuti, vt aliquem addat iuri communi, Rubric. de fideiuss. num. 305. Drogh.

Ceterum si clericus]

Adde, quod hodie secundum Conc. Trident. requiritur, quod habens primos ordines habeat etiam beneficium ecclesiasticum, vel quod clericalem habitum, & tonsuram deferat, & alicui ecclesie de mandato episcopi inseruiat, vel in Seminario clericorum, vel in aliqua schola, vel vniuersitate de licentia Episcopi, si vult gaudere privilegio clericali 23. sess. capit. 6. incip. nullus prima tonsura, libro quarto, & quomodo dictum decretum f. Concilij Tridentini practiatur in Regno Neapolitano, hebes per Catauit. in ritu 235. numero vigesimoprimum, & dicit Foller. in eodem ritu in suis comment. super Constitut. capitulo Pragmat. & rit. regni, quod hodie non ita de facili expeditur articulus remissionis clericorum, & quod datur terminus ad probandum incumben tia super petita remissione, & fides sæpe nititur probare, clericum non

pendimus, communiter ita intelligitur, quod scilicet ille comes, vt priuatus illum presbyterum interfecerit. Sed certe hoc nullo modo est tenendum, & expresse illud reprobat Alexand. de Neuo in dicto consilio quinquagesimo nono, numer. 12. dicens, quod Cardm. hoc verum non dicit, & quod imò ceteri Doctores, nemine discrepante, tenent, quod non incurrat excommunicatio propter mortem talis clerici, quia priuatus erat privilegio fori, & quod communiter intelligunt illum textum, quod comes tantum iudex, non tanquam priuatus interfecit fecerit illum presbyterum. Et certe esset absurdum aliter dicere, vt demonstrat Alexand. de Neuo in loco præallegato, & aperte hoc sonant verba text. dum dicit à B. comite in usus est fugari, qui postea eius mandato traditus patibulo expirauit; quæ verba sustigatiuis, & patibuli non conueniunt priuata vindicta sed publica iustitia. Goff. autem relatus ab Alexand. de Imola in allegato consilio octauo, post numerum secundum, dicebat, quod ille text. in dicto capitulo perpendimus procedit in clerico constituto in minoribus, vt scilicet si dimittat habitum, & tonsuram, & immisceat se enormitatibus, amittat privilegium fori, non autem in clerico in sacris constituto. Sed certe hoc expresse repugnat text. d. capituli, quod expresse loquitur in sacerdote, & ideo subdit Alexand. de Imola ibi, quod iste intellectus non est tenendus, sed quod verior, & magis communis intellectus est, quod dictum capitulum perpendimus, locum habeat in privilegio canonis, si quis suadente, de quo dixi inf. q. 77. vers. Sed an percutiens. Non autem privilegio fori nam istud (secundum eum) non amittitur nisi præcedente monitione: & re vera negari non potest, quin iste intellectus multum applaudat litteræ illius capituli, dum dicit, propter hoc ad obtinendam absolutionem apostolicam sedem adire cogantur: quæ verba magis videntur conuenire excommunicationi, quæ infertur ex dispositione canonis, si quis suadent, quam illi, quæ infertur propter violatum privilegium fori. Et quod monitio requiratur, dicunt in practica seruari Alber. & Imola in locis per me supra relatis. Et secundum hanc opinionem Alexand. de Imola in dicto consilio octauo, dicit millies, imò semper fuisse iudicatum per curiam, & consilium Neapol. Gramm. Super consil. Regni, folio 29. columna prima, vers. Decimo vbiunque: Sed tamen neque iste intellectus est communis: nam vt fatetur Carrer. ibi in decima oppositio, scribentes indistinctè tenent, quod si clericus, dimisso habitu clericali, immisceat se seuis, perdit omne privilegium, etiam quo ad forum, etiamsi non fuerit tunc monitus, prout illum refert, & attestatur hanc esse communem opin. Alexand. Iul. Clar. Sentent. Pract. Crim.

de Neuo in allegato consil. 59. post numerum 20. Aliqui verò, licet transeant cum hac sententia, quod scilicet non requiratur monitio, addunt tamen, quod talis clericus non modò immisceat se enormitatibus, & seuis, sed diu etiam in illis perseverauerit. Et ita hanc opin. tanquam magis communem obseruari, & tempore suo obseruatam fuisse asserit Aufser. in repetit. Clement. primæ, de offic. ordinari. in prima regula, num. 27. quem refert Boss. in titul. de foro competent. numero 139. Practic. Cowadi, fol. 247. in 19. limitatione, & Grammatic. in loco supra allegato, Didac. practic. quæstione 32. post numerum secundum, vers. Tercio his erit; vbi etiam dicit, quod credit eam moribus receptam in clericis prima tonsura. Et dicit Chassan. super consuetudin. Burgund. fol. 50. numero 55. quod hanc opin. vidit communiter obseruari. Exempla tamen, in quibus idem Aufser. refert dictam opin. obseruatam fuisse, non sunt in clericis, qui diu in enormitatibus perseverassent, sed in ijs, qui aliquod delictum enorme, & seuum perpetrassent, scilicet in clerico, qui occiderat per insidias virum, cuius vxor erat eius adultera, & in alio, qui commiserat crimen læsæ Maiestatis. & huiusmodi. Hanc eandem opin. nulla facta mentione de perseverantia, tanquam magis communem obseruatam fuisse refert Boer. decisio. 69. numero 16. & sequent. in clerico, qui ex proposito occiderat quemdam barbitonsorem, & in alijs, prout etiam multa huiusmodi exempla in primo delicto enormi absque vlla perseverantia, aut reiteratione refert Gulielm. Benedic. in prima parte repetit. capitulo Raynutius, in verb. vxorem nomine Adelaisiam, fol. 81. numero 149. & sequent. secundum quam etiam decisum fuit per parlamentum Tholosan. teste Guid. Papæ decisio. 138. in camera Consilij. Ex quibus omnibus apparet, quod secundum magis communes decisiones præallegatas, & consuetudines approbatas, clericus siue in sacris, siue in minoribus constitutus, qui dimisso habitu clericali, aliquod enorme delictum committit, etiam nulla monitione præcedente, amittit privilegium fori, & potest à Iudice laico puniri. Et ab hac opinion. putarem non esse consulendo, aut iudicando recedendum, salua semper determinatione S. Matris Ecclesiæ. Et re vera videmus, quod Prælati clericos criminosos (vt plurimum) leuiter castigant, & licet quandoque eos ad perpetuos carceres condemnent, tamen illos postea relaxant plerumque, ac dimittunt, ex quo oritur in populo scandalum, videre clericum, & laicum eiusdem delicti reos adeo diuersimodè puniri, vt scilicet laicus pœna mortis afficiatur, & in frustra scindatur, clericus autem aliqua leui pœna castigatus per forum ambulet. Idemque populus contra Prælatos, & clericos intumescit, & murmurat, vt dicit Ancharan. in cap. ea quæ fiunt, de regul. iur. in 6. & alijs, quos refert Boer. in decisio. 69. numero 9. Propterea non est mirum, si quandoque Iudices seculares in remissionibus clericorum ad Iudices Ecclesiasticos faciendis, difficiles se præstant.

Ceterum si clericus incedat in habitum, & tonsuram, cessant hæc omnia: nam quantumcunque graua crimina committat, & illa reiteret, in eisque perseueret, nunquam efficitur de foro seculari. Et hanc dicit esse communem opin. Bossius in tit. de foro compet. post numerum 134. & ita semper vidi obseruari. Bene verum est, quod si clericus esset seditiosus, & turbaret publicam quietem, solet senatus etiam quod sit in sacris, illum ad tempus eijcere ab illa ciuitate, vel loco, quam perturbat, prout factum fuit proximis annis in quodam archipresbytero, 18. Augusti 1559. P. N. Et potest talis prouisio tolerari, quia videtur facta

pendimus, communiter ita intelligitur, quod scilicet ille comes, vt priuatus illum presbyterum interfecerit. Sed certe hoc nullo modo est tenendum, & expresse illud reprobat Alexand. de Neuo in dicto consilio quinquagesimo nono, numer. 12. dicens, quod Cardm. hoc verum non dicit, & quod imò ceteri Doctores, nemine discrepante, tenent, quod non incurrat excommunicatio propter mortem talis clerici, quia priuatus erat privilegio fori, & quod communiter intelligunt illum textum, quod comes tantum iudex, non tanquam priuatus interfecit fecerit illum presbyterum. Et certe esset absurdum aliter dicere, vt demonstrat Alexand. de Neuo in loco præallegato, & aperte hoc sonant verba text. dum dicit à B. comite in usus est fugari, qui postea eius mandato traditus patibulo expirauit; quæ verba sustigatiuis, & patibuli non conueniunt priuata vindicta sed publica iustitia. Goff. autem relatus ab Alexand. de Imola in allegato consilio octauo, post numerum secundum, dicebat, quod ille text. in dicto capitulo perpendimus procedit in clerico constituto in minoribus, vt scilicet si dimittat habitum, & tonsuram, & immisceat se enormitatibus, amittat privilegium fori, non autem in clerico in sacris constituto. Sed certe hoc expresse repugnat text. d. capituli, quod expresse loquitur in sacerdote, & ideo subdit Alexand. de Imola ibi, quod iste intellectus non est tenendus, sed quod verior, & magis communis intellectus est, quod dictum capitulum perpendimus, locum habeat in privilegio canonis, si quis suadente, de quo dixi inf. q. 77. vers. Sed an percutiens. Non autem privilegio fori nam istud (secundum eum) non amittitur nisi præcedente monitione: & re vera negari non potest, quin iste intellectus multum applaudat litteræ illius capituli, dum dicit, propter hoc ad obtinendam absolutionem apostolicam sedem adire cogantur: quæ verba magis videntur conuenire excommunicationi, quæ infertur ex dispositione canonis, si quis suadent, quam illi, quæ infertur propter violatum privilegium fori. Et quod monitio requiratur, dicunt in practica seruari Alber. & Imola in locis per me supra relatis. Et secundum hanc opinionem Alexand. de Imola in dicto consilio octauo, dicit millies, imò semper fuisse iudicatum per curiam, & consilium Neapol. Gramm. Super consil. Regni, folio 29. columna prima, vers. Decimo vbiunque: Sed tamen neque iste intellectus est communis: nam vt fatetur Carrer. ibi in decima oppositio, scribentes indistinctè tenent, quod si clericus, dimisso habitu clericali, immisceat se seuis, perdit omne privilegium, etiam quo ad forum, etiamsi non fuerit tunc monitus, prout illum refert, & attestatur hanc esse communem opin. Alexand. Iul. Clar. Sentent. Pract. Crim.